

## THE DESCRIPTION OF THE WORLDS THE WILL OF CATHERUZIA

91. Will of Caterutia Polo 16 November 1428.

*Will (Copy in the Notary's Register):*

IN nomine dei eterni amen Anno ab Incarnatione domini nostri Jhesu xpisti Millesimo quadringentesimo vigesimo Octauo mensis Nouembris die sextodecimo Iudicione septima Riuoalti. . . . Ego Caterutia relict a nobilis viri domini Maphei polo de confinio sancti Johannis crisostomi . . . constituo et esse uolo meos fidei comissarios & huius testamenti mei executores . . . et dominam Çanetam cornario filiam meam dilectam relictam domini rogerij cornario . . . declarando quod ipsa filia mea in omnibus exequendis sit maior pars . . . Item dimitto domino tajapetra plebano ecclesie sancti Johannis crisostomi ducatos decem auri ut oret ad deum pro me. Item dimitto presbitero Jacobo dicte ecclesie ducatos duos auri ut oret deum pro me Item dimitto petrignele uicine nostre paupercula ducatum unum auri . . . Item dimitto domine Marie filie mee uxoris nobilis viri domini Atij triuixano ducatos quadringentos auri cum ista condicione quod ipsa filia mea teneatur et debeat rogare securitatem generalem commissarie mee de omnibus & singulis de quibus & pro quibus ipsa unquam habuit ad dicendum & faciendum mecum quocumque et qualemcumque in omnibus & per omnia ad sensum commissariorum meorum seu maioris partis eorum Et Insuper teneatur & debeat ipsa filia mea facere cum(?) effectu curare quod commissaria domini Marci polo filij mej roget securitatem generalem mee commissarie prout superius de ipsa filia mea ordinaui quod si dicta filia mea in totum uel in parte facere recusauerit seu noluerit volo ipsam filiam meam totaliter esse priuatam dicto legato ut supra sibi facto. Verum si ipsa filia mea similiter commissaria dicti filij mei vnquam ullo modo mollestauerit per se uel alios aliqua ratione uel causa commissariam meam volo etiam ipsam filiam meam esse priuatam suprascripto meo legato et de omnibus aliis bonis & hauere meis que sibi unquam spectare possent & in futurum potuissent. Et vltterius ex nunc irrito Casso & anichilo omne aliud meum testamentum per me hinc retro conditum atque etiam omnia Cartas atque scripturas quas hinc retro fecissem dicte.d. Marie filie mee cuiusmodi condicione existant de bonis & hauere meis per omnia tempora elapsa usque modo que dici uel cogitari possent ullo modo. . . . Residuum uero omnium meorum mobilium & inmobilium inordinatorum michi quocumque modo forma colore uel ingenio spectantium et pertinentium et que michi spectare et pertinere possent in futurum et omne caducum et inordinatum & quod ueniret ad caducum & proscriptum dimitto domine Zanete cornario filie et commissarie mee suprascripte uel mapheo Cornario filio condam domini rogerij filio ipsius.d.Zanete nepoti meo . . . Signum suprascripte domine Caterutie polo que hoc rogauit fieri